

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Abigail.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

96 DIALOG. SACRORVM

tur. S. Tuam ne ego vocem audio. David fili ferre
 hei mihi; e) tu æquum & bonum habes, qui mi
 hi bonum pro malo rependeris, id quod satis ho
 die ostendisti, cum mihi (quem in tuam manum
 Jova concluserat) mortem non intuleris. Nam
 quotusquisque est, qui hostem suum nactus in
 demnum dimittat? Sed te, pro isto tuo hodierno
 in me facto, Jova condigno præmio remunere
 tur. Ego quidem f) scio te Regem futurum
 & regnum in Israelitas obtenturum. Quare
 g) mihi per Jovam jura, te meam stirpem pos
 meum interitum non esse excisurum, meive no
 minis memoriam de mea familia deleturum.

D. Juro.

SENTENTIA.

*Injusti calumniatoribus facililime credunt. In
 justi malum pro bono, justi contra bonum pro malo
 reddunt: Et Deus utrosque tandem pro meritis
 remuneratur.*

ABIGAIL. 1 Reg. 25.

ARGUMENTVM.

Missi ad Nabalem famuli Davidis petenda
 cibaria, repudiantur ab eo. Quo auditio,
 Nabalis uxor Abigail munera Davidi obviam
 ferre

- e) Qui oratione persuaderi non potuit, is re persuadetur.
- f) Hinc Saulum perspicitur peccasse scientem.
- g) Impii pios, quos pro impioribus habent, tamen reli
 gioios esse credunt, cum eos jurejurando obstrin
 gant. Alioqui eorum jurejurando non crederent.



d fili ferre properat: & ei obviam facta eius in
qui mi
tis ho
manum
Nam
us in
dierno
unere
turum
Quare
n pos
ve no
turum
In
o malo
neritii
tenda
idito,
viam
ferre
erfus
n reli
ostrin
ent.

ferre properat: & ei obviam facta eius in
Nabalem iram pacat.

Famuli Davidis, Nabal, Puer, Abigail,
David.

David Isæi filius te, Nabal, tuaque omnia, plura
riam salute impertit. Is quia audivit, ut
tonsuram ovium facias: misit nos ad te rogatum,
ut (si cum tuis pastoribus non solum sine ullo
maleficio, aut injuria, verum etiam cum magno
beneficio sumus versati, ita ut eos ab omni jactura
tutos præstiterimus, quam diu fuerunt in Carmelo:
Cujus nobis rei tui famuli testes esse possunt)
benigne nobis facias, hoc præsertim tam fausto
die: & quæ commode poteris, des cibaria ad
ipsius Davidis, tui prope dicimus filii, ejusque
comitum famem propellendam. *N.* Quis est iste
David? quis est iste Isæi filius? isnic est, ad quem
hodie servi passim a dominis transfugiunt? ^{a)}
Seilicet ego cibum, potionem meam, & quæ ma-
ctavi ad alendos meos tonsores, dem hominibus
mihi prorsus ignotis? *F.* Aliunde nobis prospiciamus: nam hinc quidem nihil auferemus, ut
eum affectum video. Redeamus ad Davidem.
P. ^{b)} Meus dominus consulit sibi pessime. Eo
narratum omnem rem heræ, ut caveat. Hera,
nunc, si quando, tua est opus prudentia. *A.* Num
quod malum recens ortum est? *P.* Et quidem
maxi-

^{a)} Stulti ignotis benefacere nolunt.

^{b)} Famuli sunt interdum heris sapientiores.

98 DIALOGI SACRORVM

maximum. Missi a Davide nuncii e desertis digni-
herum nostrum, ut aliquid hinc per humanitatem nomi-
nauferrent, repudiati ab eo sunt: & tamen illo cujus
experti sumus viros plane bonos: nulla unquam videra-
contumelia aut damno affecti, quamdiu sumu-
vides inter eos rusticati. Quin c) pro muro nobis no-
tari po-
ctes diesque fuerunt, donec versati cum eis sumus guine-
pascendo pecudes. Prōinde dispice tu diligenter perse-
quid agas: alioquin astum est de domino nostro modi,
& tota ejus familia. Nam ipsum quidein conve-
nire, hominem profligatissimum, ac perditissimum Quar-
stultitia sit. A. Famuli, capite propere omni- quod
hæc, quæ vobis tradam, quæ imposita asinis fere- aufer-
tis ante. Ego jam subsequar. Huc mihi proper- tuas t-
asintum. Quam male metuo, ne mei viri stulti stituat-
tiam luamus. O hominem insanum, qui pro ni- beat:
hilo habuerit, eum hominem in se irritare, a quo dus e-
maxime potest & juvari amico, & lædi infenso & for-
Sed video ipsum Davidem adverso colle descen- proce-
dente. Nescio quid iratus loquitur cum suis p̄rom-
D. Næ ego frustra conservavi omnino, quæ habe- consi-
iste in desertis, ita ut nihil omnia de suo deper- stabili-
diderit: & reddidit mihi d) malum pro bono. titia-
At ita perdat Deus hostes Davidis, ut ei ante cra- & su-
stinum mane nihil prorsum reliqui faciat. A. facie-
Obsecro te, domine, tibi ante pedes suppliciter D. C.
jacens: ut bona me venia audias. e) Vide, mihi
David, ne hominem despiciatissimum, Nabalem,
dignum

c) Nos tutati sunt.

d) Videlicet maledicta.

e) Stulti indigni sunt, in quos serviant viri magni.



rtis dignum iudices, in quem iras vertas, qui, sicut
 itatem nomine, ita re ipsa stultus est. Nam ego quidem,
 illo cujus est culpam præstare, missos a te juvenes non
 inquam videram: neque enim sivisse abire vacuos. Sed
 sumus vides profecto, vir clarissime, (neque enim dubi-
 os notari potest, te a Deo immortali absterri a san-
 guine faciendo in tuis inimicis per temetipsum
 agente persequendis) f) cum ipsius Nabalis insania ejus-
 modi, fit ipsa per se supplicium, ut non aliud tuis
 hostibus & invidis imprecandum esse videatur.
 sumus Quare æquo animo patere hoc mutusculum,
 omni quod tibi hic affero, juvenibus tibi merentibus dari
 is fere auferendum, & mihi hanc noxiam remitte. Si
 tuas tibi fortunas bella divina gerenti in tuto con-
 stitutus Deus, & te in omni vita omni malo prohi-
 biat. Ac si quis tibi infestus, & tuæ necis cupi-
 dus existat, precor Deum, ut te semper incolumi,
 & fortissime consistente, tuus hostis variis jactatus
 procellis dispereat. Jam vero cum præclara Dei
 suis promissa consequutus, Israelitarum dux fueris
 constitutus, tanta tua felicitas nulla quasi labefac-
 tur labe conscientiæ, qua necesse est tuam læ-
 bonam contaminari recordatione effusi sanguinis,
 & supplicii ob privatam injuriam sumpti. Deus
 faciet tibi meliora, meminerisque aliquando mei
 Gratias ago Jovæ Deo Israelitarum, g) qui te
 mihi hodie misericordiam: h) nec non tibi, quo
 balem
 lignum

G 2

me

f) Stultiæ magnum supplicium.

g) Quod bonum est, id Deo acceptum ferendum est.

h) Et homines impellente Deo obsequentes laude digni
sunt.

100 DIALOG. SACRORUM

me tua oratione a cæde & vindicta injuriæ in me
commissæ avocaris: Nam Deum immortalem te-
stor, qui me tibi malefacere prohibet, nisi tu mihi
occurgere properavisses; Nabalem ante dilucu-
lum fortunis omnibus funditus evertissem. Ve-
rum ejus culpam tibi condono, tuaque munera
grato animo accipio. Abi sane domum salva.

SENTENTIA.

*Irritare potentiores, vesania est: bonum mala
pensare, scelus. Irratum potentiores muneribus
verbisque pacare sapientia.*

ABISÆVS. 1 Reg. 26.

ARGUMENTVM.

David noctu clam in Sauli castra digres-
sus, ejus dormientis hastam matellamque
surripit. Deinde digressus illinc procul, cla-
more eum excitat, suamque innocentiam
iterum testatur, in calumniatores invehens,
& ille iniquitatem suam iterum confitetur.

David, Abisæus, Abner, Saulus.

Uter vestrum descendet in eum in castra ad
Saulum? *Abis.* Ego. *D.* Eamus sensim &
pedetentim per noctem, dum dorinunt hostes.
Omnes sunt oppressi altissimo somno. *Ab.* Da-
vid, David! *D.* Quid est? *Ab.* Hic stertit Sau-
lus in tentorio, hasta humi ad caput ejus defixa.
Abner & reliqui ^{a)} temere circum eum jacent;
nimirum tibi Deus facit tui hostis potestatem.

Vis

^{a)} Confusi & nullo ordine.

